



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et  
Mi-||racvlis Clari, Opera**

**Seuse, Heinrich**

**Coloniae, 1615**

Preces Horariæ de Aeterna Sapientia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38029**

DE AETERNA SAPIENTIA  
 PRAECES HORARIAE ADMODUM  
 PIAE, QVAS CONSULTISSIMUM  
 foret studiosis adolescentibus quotidie legere,  
 ut à Christo, qui est fons Sapien-  
 tia ipsa, veræ sapientiæ ac perspicacis intelli-  
 gentiæ lucem & gratiam obtineant, sine qua om-  
 nis scientia nedum vana, sed etiam pernicio-  
 sa est. Singulis horis præmittitur, Salu-  
 tem mentis & corporis tribuat  
 nobis IESVS sapientia  
 Patris.

AD MATVTINAS.

**D**OMINE, labia mea aperies: Et os meum  
 annuntiabit laudem tuam. Deus, in ad-  
 iutorium meum intende. Domine ad  
 adiuuandum me festina. Gloria Patri & Filio  
 & Spiritui sancto, Sicut erat in principio, &c.

INVITATORIUM.

Aeternæ Sapien-  
 tiæ fontem adoremus, & pro  
 gloria nominis eius iubilemus. PSALMVS.  
 VENITE, exultemus Domino, iubilemus, &c.

HVMNVS.

**I**ESV dulcis memoria, dans vera cordi gau-  
 dia, sed super mel & omnia, eius dulcis præ-  
 sentia. Nil canitur suauius, auditur nil iu-  
 cundius, nil cogitatur dulcius, quam IESVS  
 Dei filius. IESV spes pœnitentibus, quam pius  
 es petentibus, quàm bonus te quærentibus: sed  
 quid inuenientibus? Aeterna Sapiencia, tibi pa-  
 trisq; gloria, cum spiritu paracleto, in sempiter-  
 na secula. Amen.

Tt 2 PSALMVS

**I**ubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius date gloriam laudi eius. Dicite Deo, quoniam terribilia sunt operata tua Domine, in multitudine virtutis tuae mentientur tibi inimicitus. Omnis terra doctet te & psallat tibi, Psalmum dicat nomini tuo Gloria patri, &c.

Antiph. Sapiaentia ædificauit sibi domum, & cecidit columnas septem, subdidit sibi gentes, superborum & sublimium colla propria virtutis calcavit. Versus. Ego autem in Domino gaudebo, Et exultabit in Deo Iesu meo. Pater noster.

BENEDICTIO: Iesus Sapiaentia Patris depellat cuncta aduersantia nobis, Amen.

## LECTIO PRIMA.

**O**Sapiaentia æterna, splendor gloriæ & figura substantiæ Patris, qui vniuersa ex nihilo creasti, & vt hominem ad paradisi gaudia reduceres, in hanc vallem miseræ descendisti, ei que viam redeundi per tuam dulcissimam conuersionem demonstrasti, & pro cunctorum satisfactione tanquam agnus innocens patri immolari voluisti, aperi per preciosam mortem tuam cor meum, vt te Regem regum & Dominum dominantium, oculis integritatis fidei semper adspiciam. Pone meam in tuis vulneribus philosophiam, in tuis stigmatibus sapiaentiam, vt vltius in te solo charitatis libro, & morte tua proficiam, & omnibus mirabilibus rebus deficiam, ita vt ego iam non ego, hic in te & tu in me indissolubili vinculo amoris æternaliter maneamus.

Tu autem Domine, nostri miserere. Deo gratias.

*Responsorium.*

**E**Mitte Domine Sapientiam à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit & mecum laboret, vt sciam quid acceptum sit coram te omni tempore.

*Versus:* Da mihi Domine sedium tuarum assistricem Sapientiam. Vt sciam, &c.

LECTIO II.

BENEDICTIO: *Aeterna sapientia illuminare dignetur sensus, & corda nostra. Amen.*

**O**IES V mi dulcissime, & felicissima sapientia, verbum Patris, principium & finis omnium gentium, pijs oculis quæso me intuerere, quia puluis sum & caro, & quod non sum volentis neque currentis, sed tui miserentis. Recogita obsecro amarissimam passionem, quam pro me indigno peccatore pertulisti, & bonam voluntatem in me à te inchoatam piè custodias. O misericordia mea, ne derelinquas me. O liberator meus, intende in adiutorium meum, & me huic mūdo mortuum, in sepulchro tuo tecum sepelias, & ab omnibus inimicorum insidijs abscondas, vt me à te nec vita, nec mors, nec vlla fortunæ sors separet, sed permaneat morte fortior amor noster nūc & in æuum. Tu autem Domine, nostri miserere. Deo gratias.

*Responsorium.*

**D**A mihi Domine sedium tuarum assistricem sapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis. Quoniam seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ. *Versus:* Mitte illam

Te 3 à sede

662 D. HENRICI SVSONIS  
à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit & tu  
cum labore. Quoniam.

LECTIO III.

Benedictio. *Dono sapientia & intellectus, impleat nos Spiritus Sanctus, Amen.*

**O** Refugium meum & liberator meus, immensum amorem, qui te in partibus crucis amarissimam mortem pro me subire coëgit, peccata quæ ego immensus peccator commisi, misericorditer indulgentiam committendis & à cunctis periculis in vultu lateris tui piè me custodias. Gressus meos huius vitæ fluctibus ad sanctum finem dirigas & ad conspectum gloriæ tuæ peruenire concedas. Tu autem Domine, nostri miserere. *gratias. Responsorium.*

**S**uper salutem & omnem pulchritudinem dilexi sapientiam, & propolui pro habere illam. Venerunt autem multitudine bona pariter cum illa.

*Versus: Dixi sapientiæ, soror mea es, & prudentiam vocavi amicam meam. Venerunt &c. Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto. Venerunt, &c.*

CANTICVM.

**T**u rex gloriæ Christe. Tu Patris sempiternus es Filius, &c. vsque ad finem. Canticum tamen liber, legat sequens Canticum tamen regre positum.

**T**e Christum laudamus. Te Iesum benedicimus. Te Regem regum & Dominum dominantium confitemur. Te cruciatum

OTV  
45

colimus, dulcem & amabilem redemptorem. Qui nos adspersione tui sanguinis redemisti. Dignus es Domine IESUS Deus noster, accipere laudem, benedictionem, gloriam, & honorem. Exultet tibi omnis caro, & omnis viuens glorificet nomen tuum. Humilietur omnis facies pedibus tuis, & omnis creatura tua seruiat tibi. Laudet & extollat te, benedicat te, & glorificet in æternum.

AD LAUDES. *Versus supplicatorius.*

Salutem mentis & corporis tribuat nobis Iesus Christus Sapiencia Patris. Amen.

Deus in adiutorium meum intende, &c. Antiph. Sapiencia.

PSALMVS.

Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & veritas Domini manet in æternum. Gloria Patri, &c.

Antiph. Sapiencia clamat in plateis: Si quis diligit sapienciam, ad me declinet, & eam inueniet, & eam cum inuenit, beatus erit si tenuerit eam. Capitulum.

Sapienciam amavi & exquisiui à iuuentute mea, & quæsiui eam mihi in sponsam assumere, & amator factus sum formæ illius. Deo gratias.

HYMNVS.

IESUS rex admirabilis, Et triumphator nobilis, Dulcedo ineffabilis, Totus desiderabilis. Nec lingua valet dicere, Nec literæ exprimere,

Tt 4

primere,

primere, Expertus potest credere, Quid fili-  
sum diligere. Amor Iesu continuus, Mibi lan-  
guor assiduus, Mihi I E S V S mellifluus, Fructus  
vitæ perpetuæ. Aeterna Sapientia.

*Versus.* Sapientia requiescit in corde eius,  
Et prudentia in sermone oris illius.

*Antiph.* O Sapientia. Canticum Zachar.

**B**enedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit  
et fecit redemptionem plebi suæ. Et erexit cor-  
nu salutis, &c.

*Antiph.* O Sapientia, quæ ex ore altissimi pro-  
diisti, attingens à fine vsque ad finem fortiter,  
suauiterque disponens omnia, veni ad docen-  
dum nos viam prudentiæ. Domine exaudi.  
Domine Deus virtutum. Domine exaudi.

## ORATIO.

**D**eus qui per coæternam Sapientiam, ho-  
minem, cum non esset, cõdidisti, per die-  
tumque misericorditer reformasti, pro-  
pitiæ quæsumus, vt eadem pectora nostra inspi-  
rante, te tota mente amemus, & ad te toto corde  
curramus. Per eundem Dominum nostrum  
Iesum Christum, &c. Domine exaudi oratio-  
nem. Et clamor meus, &c. Benedicamus Do-  
mino. Deo gratias. Aeterna Sapientia benedicat  
& custodiat semper corda & corpora no-  
stra. Amen.

(Ita finiuntur omnes Horæ.)

AD PRIMAM. *Versus supplicatorius.*  
Salutem mentis & corporis &c.

Deus

**D**Eus in adiutorium, &c. Domine, ad adiuuandum, &c. Gloria patri, &c.

H Y M N V S.

**A**Mor Iesu dulcissimus, Et verè suauissimus, Plus millies gratissimus, Quam dicere sufficimus. Iesus decus Angelicum, In aure dulce canticum, In ore mel mirificum, In corde nectare calicum. Iesu mi bone sentiam Amoris tui copiam, Da mihi per praesentiam, Tuam videre gloriam, Aeterna Sapientia, &c.  
*Antiph.* Ego diligentes.

P S A L M V S.

**A**Vditam fac mihi manè misericordiam tuam, quia in te speravi. Notam fac mihi viam, in qua ambulem, quia ad te leuavi animam meam. Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu, Gloria patri & filio, &c.

*Antiph.* Ego diligentes me diligo, & qui manè vigilauerint ad me, inuenient me.

Capitulum.

**S**apientia vincit malitiam, attingit autem à fine vsque in finem fortiter, disponit omnia suauiter. Deo gratias.

Responsarium.

**I**ES V Christe fili Dei viui, Miserere nobis. *Versus.* Qui sedes ad dexteram Patris, Miserere nobis. Gloria Patri & Filio, &c. **I**ES V Christe fili Dei viui, &c. *Versus:* Exurge ô aeterna Sapientia, adiuua nos. Et libera nos propter nomen sanctum tuum. Domine exaudi orationem, &c.

T E S O R A



## ORATIO.

**C**orda nostra, quæ sumus, Domine æternæ  
Sapientiæ splendor benignè illustre  
quo mundi huius tenebris carere valde  
mus, & perueniamus ad patriam claritatis  
ternæ. Per eundem &c. **Domine**: exaudi de  
Benedicamus Domino &c.

Æterna Sapientia benedicat & custodiat, de

AD TERTIAM. *Versus supplicatorium.*

Salutem mentis & corporis &c.

**D**eus in adiutorium &c. Domine, ad  
adiuandum &c. Gloria Patri & Filio &c.

## HYMNVS.

**T**VA IESV dilectio, Grata mentis refectio  
Replens sine fastidio, Dans famem de  
derio. Qui te gustant, esuriunt: Qui bibunt  
adhuc sitiunt: Desiderare nesciunt, Nisi IESV  
quem diligunt, Desidero te millies, Mihi  
quando venies? Me lætum quando facies?  
te me quando facies?

Æterna Sapientia, &c.

Antiph. Fili concupiscens.

## PSALMVS.

**S**piritus tuus bonus deducet me in terram rectam  
propter nomen tuum Domine vivificabo me  
aquitate tua. Educes de tribulatione animam  
meam, & in misericordia tua disperdes inimicos meos.  
Et perdes omnes qui tribulant animam meam  
quoniam ego seruus tuus sum. Gloria patri & filio  
&c. Antiph. Fili concupiscens sapientiam  
conserua iusticiam, & præbebit eam tibi Domine.  
Capitulum. Sapientiam amavi & exequor  
sui &c. vt suprâ.

Rejoice

*Responsorium.*

**E**GO autem in Domino gaudebo: Et exultabo in Deo IESU meo. Gaudebo. Gloria patri &c Ego autem in Domino &c.

*Versus:* Sit nomen Domini benedictum, Ex hoc nunc & vsque in seculum. *Oratio.*

**D**EUS qui per coeternam tibi sapientiam hominem, cum non esset, &c.

AD SEXTAM. *Versus supplicatorius.*

Salutem mentis & corporis, &c.

**D**EUS in adiutorium, &c. Domine, ad adiuvandum, &c. Gloria patri, &c.

H Y M N V S.

**I**ESU summa benignitas, Mira cordis iucunditas, Incōpræhensa bonitas, Tua me stringat charitas, Bonum mihi diligere IESUM, nil ultra quærere. Mihi profus deficere, Ut illi queam vivere. IESU mi dilectissime, Spes suspirantis animæ, Te quærunt piæ lachrymæ, Et clamor mentis intimæ. Aeterna sapientia.

*Antiph.* Dominus possedit me, &c.

P S A L M V S.

**A**NIMA nostra sustinet Dominum, quoniam adiutor & protector noster est. Quia in eo latabitur cor nostrum, & in nomine sancto eius sperabimus. Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum sperauimus in te. Gloria patri & filio, &c. *Antiph.* Dominus possedit me ab initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio. *Capitulum.*

**S**apientia candor est lucis æternæ, & speculum sine macula diuinæ Maiestatis, & imago bonitatis illius. Deo gratias.

*Respon-*

*Responsorium.*

**S**it nomen Domini benedictum, Ex hoc  
nunc & vsque in seculum. Benedictum  
Gloria patri, &c. Sit nomen Domini, &c.  
*Versus:* A solis ortu vsque ad occasum, Lau-  
dabile nomen Domini. Domine exaudi or-  
tionem meam, &c.

## ORATIO.

**E**xaudi nos omnipotens & misericors De-  
us, & mentibus nostris Sapientiz tue lo-  
men benignus ostende, & te super omnia  
diligere concede. Per eundem, &c.

AD NONAM. *Versus supplicatorium.*

Salutem mentis & corporis, &c.

**D**eus in adiutorium &c. Domine, ad  
adiuuandum &c. Gloria Patri & Filio &c.

## HYMNVS.

**Q**uocunque loco fuero, Iesum mecum de-  
sidero: Quam lætus cum inuenero, Quam  
felix cum tenuero. Tunc amplexus, &  
oscula. Quæ vincunt mellis pecula, Sed in hac  
parua morula, IESUM sequar per secula. In  
quod quæsiui, video: Quod concupiui, tenes.  
Amore Iesu langueo, Et corde totus ardeo.

Aeterna Sapientia, &c. *Antiph.* Nece-  
derant, &c.

## PSALMVS.

**C**or mundum crea in me Deus, & spiritum re-  
ctum in noua in visceribus meis. Ne propul-  
saueris a facie tua, & spiritum sanctum tuum  
auferas à me. Redde mihi lætitiã salutariis tuis, &  
spiritu principali confirma me, &c. Gloria patri, &c.  
*Antiph.*

*Antiph.* Necdum erant abyssi, & ego parturiebar: quando præparabat caelos aderam cum eo cuncta componens.

*Capitulum.*

**S**apientia speciosior est Sole, & super omnem dispositionem stellarum luci comparata inuenitur prior. Deo gratias.

*Responsorium.*

**A** Solis ortu vsque ad occasum, Laudabile nomen Domini. Vsque ad, &c. Gloria, &c. A solis ortu, &c. *Versus:* Sapientia requiescit in corde eius, & prudentia in sermone ore illius. Domine exaudi orationem meam, &c. **ORATIO.**

**I**nfunde, quæsumus, Domine cordibus nostris lumen sapientiæ tuæ, vt te veraciter agnoscamus, & fideliter diligamus. Per eundem Dominum nostrum, &c.

**AD VESPERAS.** *Versus supplicatorius.*

Salutem mentis & corporis, &c.

**D**eus in adiutorium meum intende, &c. *Antiph.* Omnis Sapientia,

**PSALMVS.**

**R**edemptionem misit Dominus populo suo, mandauit in aeternum Testamentum suum. Sanctum & terribile nomen eius, initium Sapientiæ timor Domini. Intellectus bonus omnibus facientibus eum, laudatio eius manet in seculum seculi. Gloria patri & filio, &c.

*Antiph.* Omnis Sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum.

*Copis*

## Capitulum.

Sapientiam amavi &amp; exquisivi, &amp;c.

## HYMNVS.

**I**Es v Sole serenior, Et balsamo suavior,  
**O**mnī dulcore dulcior, Præ cunctis amabilior.  
 Tu mentis delectatio, Amoris cōfirmatio,  
 Tu mea gloriatio, Ies v mundi saluatio.  
 Iesus auctor clemētiæ, Torius spes lætitiæ,  
 Dulcoris fons & gratiæ, Veræ cordis delictiæ.  
 Aeterna Sapientia, &c. *Versus:* Ego autem  
 in Domino gaudebo. Et exultabo in Deo Ies v  
 meo. *Antiph.* O oriens.

## CANTICVM.

**M**agnificat anima mea Dominum. Et exultavit spiritus meus, &c.

*Antiph.* O oriens splendor lucis aeternæ & Sol iustitiæ, veni & illumina sedentes tenebris & vmbra mortis. Domine exaudi orationem, &c. *Oratio.*

**D**eus qui per cœternam tibi Sapientiam, &c. Domine exaudi orationem. *Ecclia.*  
 Benedicamus Domino. Deo gratias.

**AD COMPLETORIYM.** *Versus supplicat.*  
 Salutem mentis & corporis, &c.

**C**onuerte nos Deus salutaris noster. *Ecclia.*  
 Querte iram tuam à nobis. Deus, in adiutorium meum intende. Domine, ad adiuuandum me festina. Gloria Patri & Filio, &c. *Antiph.* Ego in altissimis, &c.

## PSALMVS.

**I**llumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in mortem, ne quando dicat inimicus meus, præualebit aduersus eum. Qui tribulant me, exultabunt si miserum fuerint.

ius fuero, ego autem in misericordia tua speravi. Exultabit cor meum in salutari tuo, cantabo Domino qui bona tribuit mihi, & psallam nomini Domini altissimi, Gloria patri, &c. Antiph.

Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis.

**S**apientia sobrietatem & iusticiam & virtutem docet, quibus nihil est vtilius in vita hominibus. Deo gratias.

*Responsorium.*

**I**n pace in idipsum, Dormiam & requiescam. Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem. Dormiam & requiescam, &c. Gloria Patri & Filio, &c. In pace, &c.

H Y M N V S.

**I**Es vs in pace imperat, Quæ omnem sensum superat, Hunc mea mens, desiderat, Et illo frui properat. Te cæli chorus prædicat, Et tuas laudes replicat Iesus Orbem lætificat, Et nos Deo pacificat. Iesus ad Patrem redijt, Cæleste regnum subiit. Cor meum à me transijt, Simul post Iesum abiit. Aeterna Sapientia.

*Versus.* In pace factus est locus eius.

Et habitatio eius in Sion.

*Antiph.* O rex gloriose, &c.

CANTICVM.

**N**unc dimittis seruum tuum Domine, &c. *Antiph.* O rex gloriose, qui inter sanctos tuos semper es laudabilis, & tamen ineffabilis: tu in nobis es Domine, & nomen sanctum tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos Deus noster, vt in die iudicij nos collocare digneris

gneris inter sanctos & electos tuos rex benedi-  
cte. Domine exaudi orationem, &c.

## ORATIO.

**F**Ragilitatem nostram quaesumus Domine  
propicius respice, & saporem nobis  
nae Sapientiae benignus infunde, ut cum  
dulcedine mellis tua praegustata, omnia terrenis  
valeamus despiciere, & tibi summo bono  
tuo desiderio iugiter adherere. Per eundem Do-  
minum nostrum Iesum Christum Filium tuum  
qui tecum in unitate eiusdem supersanctissimi  
Spiritus sancti viuit & regnat per infinita se-  
culorum secula. Amen. Domine exaudi ora-  
tionem, &c. Et clamor, &c.

Benedicamus Domino. Deo gratias.  
Aeterna sapientia benedicat & custodiat nos  
per corda & corpora nostra. Amen.

DE AETERNA SAPIENTIA  
OFFICIUM VALDE PIVM.

AVTHORE D. HENRICO  
SVSONE.

**L**EX Domini irreprehensibilis, convertit  
animas: testimonium Dei fidele, sapien-  
tiam praestans parvulis. *Versus*: Caeli  
narrant gloriam Dei, & opera manuum eius  
annunciat firmamentum. Gloria Patri, &c.

*Collecta.*

**D**EUS qui per coeternam tibi sapientiam ho-  
minem, cum non esset, condidisti, per  
tuncq; misericorditer reformasti, praesta quaesumus,  
ut eadem pectora nostra inspirante,  
tota mente amemus, & ad te toto corde curamus.  
Per eundem, &c.

Lectio